



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

X. Ablassbrief des Bischofes von Schwerin für das Kloster Arendsee, vom
13. Januar 1271.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

confirmetur, per que res gesta ad noticiam deuenire valeat posterorum. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam postfuturis Cristi fidelibus vniuersis presens scriptum visuris, quod nos propter amorem dei et desiderium future glorie, que in nobis reuelabitur misericordiarum domino concedente, et ad honorem gloriose semper virginis marie, Ecclesie in Arneffe proprietatem ville Slaualis, que Gutzin vocatur, dedimus animo liberali cum omni Jure, quod nos habuimus in eadem, vel quod nobis aut nostris heredibus in ipsa posset cedere in futuro, firmam spem fiduciam gerentes, quod Sanctimonialium dicte ecclesie preces apud deum et Beatam virginem nobis debeant delictorum nostrorum veniam impetrare. Vt autem hec nostra donacio perpetuum robur obtineat et vigorem, et ne in posterum a quoquam heredum seu eciam successorum nostrorum mutari valeat vel infringi, presentem paginam conferibi super eo iussimus et Sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Domina Beatrix, Inclita vxor nostra, Johannes, primogenitus noster, Conradus, filius fratris nostri, Adolphus Comes de dannenberch, Johannes de Rossowe, Johannes Gans de perleberg, Olricus de Crughe, Georgius de hydaker, Johannes de Crakowe, Ericus de Gardelegen, et alii quam plures. Datum Arneffe per manum heinrici, canonici Stendalensis curie Notarii, Anno domini M^o. CC^o. LIII^o., In die Beati Stephani pape, Indictione XI^a.

X. Ablassbrief des Bischofes von Schwerin für das Kloster Arendsee, vom 13. Januar 1271.

Hermannus, dei gracia Zwerinenfis episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras audituris salutem in domino. Si ad ecclesias et loca deo dicanda benigne dirigimus aciem mentis nostre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, sed eciam laudis preconia consequimur temporalis. Hinc est, quod nos omnibus Cristi fidelibus vere confessis et contritis, qui dilectis in Cristo Priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii in Arneffe Verdenfis dyocesis ad fabricam et ad sustentacionem earundem, cum eis proprie non suppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et karenam de iniuncta ipsis penitentia misericorditer relaxamus, cum adhibicione consensus dyocesani, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Arneffe, in octaua ephiphanie, Anno domini M^o. CC^o. LXXI^o.

XI. Die Markgrafen Otto und Abrecht überlassen dem Kloster das Dorf Kläden, am 4. Juli 1271.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Quemadmodum tempus mobile est et semper defluens fluit, ita cum tempore temporales defluunt actiones, Sole enim res diuine perfectissime